



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Isagoge Sive Introductio Ad Vitæ Spiritualis  
Perfectionem, Omnibus tam Regularibus, quàm Clericis  
Sæcularibus, Confessariis, Concionatoribus, & Animarum  
Pastoribus perquàm utilis, & specialiter ...**

**Herlet, Johann Georg**

**Sulzbaci, Anno MDC.XCIII.**

Præmonitio. Ad Magistrum & Directorem Novitiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37853**

Præmonitio.

Ad Magistrum & Directorem  
Novitiorum.

**U**T hæc ad vitæ spiritualis perfectionem  
Introductio facilius accidat, poterit  
ordo sequens observari: primò Tyro-  
nibus statim à primo sui ingressus die usq;  
ad solennem Investitionem præscribantur  
pro materiâ quotidiana Meditationis &  
Lectiois, quæ tractantur in primâ parte  
usq; ad partis 2. §. 2. n. 54. exclusivè.

Secundò post Investitionem præscriban-  
tur Novitiis per dimidium annum legenda,  
meditanda atq; etiam memoriæ mandanda,  
quæ traduntur de puritate & teneritudine  
Conscientiæ acquirendâ, incipiendo à §. 2. c.  
1. part. 2. num. 54. inclusivè usque ad c. 2.  
num. 125.

Tertiò per alterum medium annum præ-  
scribantur similiter legenda, meditanda, &  
memoriæ mandanda, quæ tractantur de se-  
cundo Novitiorum munere à c. 2. part. 2.  
num. 125. usque ad part. 3. num. 248. Circa  
finem verò Novitiatus & ante Professio-  
nem



nem poterunt examinari Novitii, quomodo non solum memoriter aut speculati-ve, sed in praxi & ipso opere ac Conuersatione didicerint declinare à malo, & facere Bonum. Ut certius possit de ipsis formari iudicium vel admissionis vel dimissionis.

Quartò Jactâ Professione præscribantur legenda, meditanda, & practicanda usque ad S. Ordinem Presbyteratûs, quæ tractantur part. 3. à n. 248. usque ad finem libri.



*Ad Lectorem.*

**Q**UAS in hoc libello cernis Doctrinas Asceticas, collegeram ex SS. Patribus Augustino, Hieronymo, Basilio. Ephrem, Bernardo, & aliis spiritualibus Magistris, easq; ordinaveram pro materiâ quotidianæ Meditationis, tam mihi quàm aliis seruiturâ. Verùm ut pluribus prodessem, illas, uti vides, in hanc formam & methodum redegì; quatenus tibi seruire possent pro Concionibus, Exhortationibus, Conferentiis & Colloquiis spiritualibus, meditationibus &c. Propter quod etiam singulas doctri-  
nas